

ingenue profitentur: qui autem putant, rationem demonstratiuam ad circulum quadrandum afferri posse, nã illi Logices & Geometriæ sunt imperiti: quemadmodum in subsequentiis euidenter ostendemus. Propterea recte sensit Aristoteles, quando negauit circuli quadraturam perfici ex principiis geometricis: etsi enim circulus mechanicè quadrari possit, vt sensui oculorum satisfactum esse videatur, huiusmodi tamen quadratio sophistica est, cum non fiat secundum rem. Locus hic exstat lib. 1. Elenchorum cap. 10. vbi ita scribitur, εἰ καὶ τετραγωνίζεταί ὁ κύκλος, ἀλλ' ὅτι ἔχει τὸ πρῶγμα, ἄρα τὸ σοφιστικὸς (τετραγωνισμός.) Similis locus reperitur apud Porphyrium in quaestionibus prædicamentorū, vbi testatur, tempore Aristotelis nondum inuentam fuisse quadrationem circuli, aut si maxime inuenta fuisset, eam tamen non esse apodicticam. Verba eius ita habent: μή ποτε ἐν ὀργανικῇ τις εὕρεσις ἐγένετο τῷ θεωρήματι, ἢ εἰ καὶ εὐρηται, ἀλλ' οὐκ ἀποδεικτική. Idem sentit Ammonius in prædicamento Relatorum, quando sic scribit, Οἱ ἐν γεωμέτραι ζητῶσι τῷ δοθέντι εὐθυγράμμῳ, πενταγώνῳ εἰ τύχοι ὄντι, πῶς δυνατὸν ἴσον τετράγωνον συστήσασθαι. καὶ γὰρ μεθόδῳ τῷτο εἰδῶσαν, ὡς ὅτε ἐν ὅτι τῷ εὐθυγράμμῳ ἐζητήσαν, ζητῶσι καὶ ὅτι τῷ κύκλῳ, πῶς δυνατὸν τῷ δοθέντι κύκλῳ ἴσον τετράγωνον εὐρεῖν. τῷτο δὲ πολλοὶ ζητήσαντες, ἔχοντες εὐρον. Μόνος δὲ Ἀρχιμήδης τὸ σικύεργον ἀνεῦρε: τὸ μὲν τοιαύτως, ἔχοντες εὐρε. hoc est, Geometriæ igitur quaerunt dato rectilineo, vt si forte esset pentagonum, quomodo illi æquale quadratum constitui possit: & certe methodo hoc docuerunt. Quemadmodum igitur in re-

ctili-